acta praesentia castren. Premislien. et Radun. poena tercium marcarum et triplici poena forinsecationum et vadia non evaden. Contra nihil sibi in auxilium contra praesentem inscriptionem eiusque effectum recipien. sue et successorum suorum sub amissione totius causae ac solutionem praefatorum vadiorum tertium totiens quotiens necessarium fuit. Nullam in praemissis praescriptione terrestri obstante super quod mensale solutum est officio praesenti.

1/XII Actum in Castro Premislien. feria sexta post festum Sancti Andreae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo Coram officio

Ostaszowski tenetur Kolakowski

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus castren. capitanealibus Premislien. Nobilis Stanislaus Ostaszowski Receden. a terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusque propriis foroque competen. et sese iurisdictioni praesenti castren. Premislien. una cum bonis successoribus suis omnibus incorporan. ponte palam fatetur Nobili Joanni Kolakowski ac eius legitimis successoribus. quia tenetur et est debitus certi debiti mutuatique persolve. Viginti quatuor florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis in regno Russiae currentis quemlibet florenum per triginta grossos Polonicales computando Quam pro die et festo beatorum Trium Regum proxime venturi hic in castro Premislien. dare et solvere ac circa acta castren. capitanealia Premislien. reponere sub vadio similis summae viginti quatuor florenorum pecuniae. Casu vero quod si et in quantum summam praefatam idem Stanislaus Ostaszowski cum successoribus suis eidem Joanni Kolakowski ac eius successoribus pro die et tempore praefato superius expresso non solverit et circa acta castren. capitanealia Premislien. non reposuerit aut successores non reposuerint extunc vadium similis summae videlicet viginti quatuor florenorum pecuniae ad solvendum irremissibile et decretum succumbet et successores succumbent, quod statim debet se converti in summam essentialem et capitale debitum, Deinde se extendit super omnibus bonis ipsius haereditariis et obligatoriis mobilibusque et immobilibus Stanislaus Ostaszowski inscribit ac se et suos successores idem Stanislaus Ostaszowski inscriptionem praesentem castren. Premislien. ex his actis. Ad acta terrestria Przeczanomien. ad primos vel secundos terminos terrestres Przeczanomien. in hoc vel meliori forma transferre et transportare sub vadio similis summae viginti quatuor florenorum pecuniae monetae Polonicalis

pro quo quidem vadio Necnon summa essentiali dictus ipse Stanislaus Ostaszowski cum successoribus suis eidem Joanni Kolakowski ac eius successoribus Ad iudicia tam terrestria quam castren. sive officia castren. capitanealia cuiusvis terrae et pallatinatus Regni Poloniae citare permiserit. Extunc receden. a terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competen. ac sese iurisdictioni ad quam attractus fuerit et successores fuerint se cum bonis successoribusque suis omnibus incorporan. In primo citationis termino tamquam in peremptorio stare parere iudicare stare parere iudicare. ac pro praefato vadio aut ipso seu officio ad quod attrahitur in Regno Polonico non receden. satisfacere debet et successores eius tenebuntur. Termino ipso primo tamquam peremptorio et alios subsequentibus nullis modis exceptionibus dilationibus evasionibus praescriptionibus protestationibus prolongationibus Bellis Conventionibus generalibus vel particularibus statutis nominis uti. legibus laudatis et laudandis Actione pro maiori legalibusque aliquibus impedimentis non differen. nec prolongan. atque se exceptionibus Motionibus appellationibus earumque per additiones prosequutionibus se successoresque suos abrenuntiando. Ad quaestionem mortificationis inscriptionis praesentis illorum non petendo. poena tercium marcarum et triplici poena forinsecationum vadium et vadia non evaden. Contra nihil sibi in auxilium contra praesentem inscriptionem eiusque effectum recipien. sua et successorum suorum sub amissione totius causae ac solutionem praefatorum vadiorum totiens quotiens necessarium fuerit. Nulla in praemissis praescriptione terrestri obstante super quod mensale solutum est officio praesenti

Koblanski reformat consorti

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus castren. Premislien. Nobilis Jaszko Koblanski Receden. a terris et districtibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competen. et se iurisdictioni et officio castren. Premislien. Una cum bonis et successoribus suis omnibus quo ad hunc actum pertinet incorporan. inscribendo et subijcien. Sanus mente et corpore existens ponte palam et expresse recognovit quia post Nobilem Zophiam filiam Nobilis Petri Zolkiewski consortem vero suam legitimam et charissimam recepit pro dote effectuatisque levavit Trecentos florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis in regno Russiae currentis. Volens autem ipsam Zophiam consortem suam charissimam consolatam reddere statimque ipsius consortem suam charissimam dotem in futurum providere. Sibi alios Trecentos florenos pecuniae monetae Polonicalis reformat et inscribit. ratione veri dotalicii ac super tota et integra medietate omnium bonorum Przywjanku in et